

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Iohannis episcopus: Sermo zu der Evangelienlesung nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

testimonium. sit probatio sa-
nitatis. **U**t lectus doloris tui.
sit meae curationis indicium.
ut receptae fortitudinis mag-
nitudinem. ponderis asserat
magnitudo. **V**ade in domū
tuam. ne xpiana fide curatus.
inuis iudaicae perfidiae
iam moreris.

**DOMINICA II POST
SĀ ANĀELI.**

LĪC SĀI IŪA SĒC MARCŪ.

In illo temp. **I**nterrogauit unus
describit quia uidebat illos con-
quirentes. & uident quō bene illis
responderet. interrogauit eum
quod esset primum omnium man-
datum. & reliq.

Sermo beati iohan-
nis **PI** di ad **LI**ctionem
secūm **MATH.**

Interrogauit eum unus legis
doctor. conuenerunt
ut multitudine uin-
cerent. quem ratio-
ne superare non po-

terant. **A**ueritate nudos
se esse. professi sunt. qui mul-
titudine se armauerunt.

Dicebant enim apud se. **V**nus
loquatur pro omnibus. & omnes
loquamur per unum. **U**t si
quidem uicerit. omnes uidea-

mur uictores. si autem uictus
fuerit. uel solus uideatur con-
fusus. **O** pharisei qui omnia
propter homines cogitatis &
facitis. primum quidem ueni-
entes cum uno. uincendi estis
per unum. **T**amen putatis.
quia uno uicto. homines non
intelligunt omnes uos esse
uictos. **N**umquid conscientiae
uestrae. non sentiunt se esse
confusas. **L**euis enim est
consolatio. qui in se ipso con-
fusus est. quod ab aliis ignoratur.

Magister quod est magnum man-
datum in lege. **M**agistrum
uocat. cuius non uult esse discipulus.

Simplicissimus interrogator.
& malignissimus insidiator.
de magno mandato interro-
gat. qui nec minimum obseruat.

Ille enim debet interrogare de
maiore iustitia. qui iam mino-
rem compleuit. **O**ns autem
sic ei respondit. ut interrogati-
onis eius fictam conscientiam.

statim primo responso percuteret
& dicens. **O** diliges dñm dñm tuū
in toto corde tuo. **I**dest non sicut
tu quide uotio nem ostendis in
ore. & fraudem meditaris in
corde. **M**agnum autem
& minimum mandatum dici-
mus. quantum ad dignitatem

mandatorum. non quantum ad utilitatem. Alioquin utilitas omnium mandatorum una est. Et omnia mandata quae unum uidentur esse mandatum. ita sibi coherent. ut alterum sine altero esse non possit.

Vt puta si interroget te aliquis in edificatione domorum. quae pars est melior. dicis fundamentum. Sed quem ammendum aedificatio non potest esse nisi fuerit fundamentum. ita nec fundamentum esse potest. nisi aedificatio fuerit subsequuta.

Nec dicitur fundamentum. nisi sit aedificatio cuius fundamentum dicatur. Ergo fundamentum aedificatione dignius est. non utilius. sic & caput dignius est quam membra. tamen nec membra sine capite. nec caput sine membris. Sic digniores sunt sacerdotes quam populus. non tamen utiliores. quia nec populus sine sacerdotibus. nec sacerdotes sine populo esse possunt. Ita & dignius est hoc mandatum. diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. quam illud non occides. non concupisces. Tamen utilitas una est. Nam qui diligit deum. ille non occidit. aut concupiscit.

Qui autem occidit. aut concupiscit. non diligit deum deum suum. Esse autem minora mandata dominus manifestat dicens. Siquis unum ex minimis istis mandatis soluerit. & docuerit sic homines. minimus uocabitur in regno caelorum. Diligis inquit non times. quia diligere maius est. quam timere. Minoratio enim culturae dei habet timorem. perfectio autem dilectionem. Oicente iohanne.

Perfecta dilectio. foras mittit timorem. Donec enim homo timet deum. non eum diligit. Cum autem diligere coeperit. iam non eum tantummodo timet. sed etiam amplius diligit.

Timere enim seruorum est. diligere filiorum. Timor subnecessitate est. dilectio in libertate. Qui in timore seruit deo. paenam quidem euadit. mercedem autem non habet. quia inuitus fecit bonum propter timorem. Non uult ergo deus ut timeatur ab hominibus quasi deus. sed ut diligatur quasi pater. qui adoptionis spiritum donauit hominibus. Nam si consideramus ab initio creati hominis causam. Intellegimus quia ad deum

magis se patrem uoluit esse
hominum quam dñm. Non
enim dixit tantummodo faci
am hominem. sed faciamus ho
minem. secundum imaginem
& similitudinem nostram.

Similare autem filius conuenit
ad patres suos. non etiam seruis
ad dominos suos. Quid est dili
gere dñm ex toto corde. ut cor
tuum non sit inclinatum ad
nullius rei dilectionem ampli
us quam di. nec delecteris
specie mundi amplius quam di.

Non in honoribus. non in auro. uel
argento. non in possessionibus
aut uineis. non in animalibus
aut mancipiis. non in ornamen
tis. aut uestibus. non in filiis
aut parentibus aut amicis. sed
hec omnia existimes tibi esse
in do. ut pro his omnibus dñm ames.

Si autem in aliquo horum amor
cordis tui fuerit occupatus. iam
ex toto corde non amas dñm.

Pro quanta enim parte cor tuum
fuerit ad aliquam rem. pro tan
ta parte minus est ad dñm.

Ecce si uir habeat uxorem. quo
modo cognoscitur uxoris plena
dilectio. Vxor. neminem debet
sapientio rem putare. quam uirum
suum. Et si sit alter sapienti
or. tamen illa sapientio rem

esse alterum intellegere non debet.

Vxor neminem fortio rem debet
putare. quam uirum suum.

Et si sit alter fortior. tamen illa
intellegere non debet alterum
fortio rem.

Vxor neminem debet
formosio rem putare. quam uirum
suum.

Et si sit alter formosi
or. tamen coram oculis eius alter
formosior non debet apparere.

Perfectum enim odium & perfec
tus amor. rerum iudicium non
cognoscit. Vt puta si perfecte
odias aliquem. qualia cumq; fuerint
apud illum. omnia tibi displicent.
sive quae dicit sive quae agit.

& si bona sint tamen tibi mala
uidentur. Sic & si perfecte
aliquem amas. quae cumq; sunt
apud eum placent tibi. sive quae
loquitur sive quae agit. & si
mala sunt. tamen tibi bona uide
tur.

Ergo & uxor si uidentis ali
quem dixerit. quam sapiens uir.
utinam uir meus talis esset.
iam amor eius minus habet
aliquid de perfecto amore.

Si uidentis aliquem dixerit. quam
formosus homo. utinam uir
meus talis esset. iam amor
eius minus habet aliquid de
perfecto amore. Et pro
quanta parte amplius aliquid
laudauerit. in altero uiro quam

in suo. tanto dilectio eius mi-
nor est adiutorium suum.

Sic ergo & anima omnis xp̄ia
na quae sponsa est xp̄i. ita debet
diligere d̄m. ut nihil sit in mundo.
quod amplius amet. quam eum.

Pro quanta autem parte plus
aliquid amauerit. pro tanta
parte minus amat d̄m. Quid
est in tota anima diligere d̄m.
id est certissimum animum
habere in ueritate. & firmum
esse in fide. Alius est enim
amor cordis. & alius amor ani-
mae. Amor cordis quodam
modo carnalis est. ut etiam
carnaliter d̄m amemus. quod
facere non possumus. nisi recesser-
imus ab amore mundialium
rerum. Sicut enim casta
mulier quae uirum suum amat.
nullum ^{aliū} amat. si autem alterum
amauerit. iam non amat uirū
suum. Ita & homo si d̄m amat.
mundum non amet. Si autem
mundum amauerit. iam d̄m
ex corde non amat. Ergo
cordis amor non intellegitur.
sed sentitur in corde. quia quo-
dam modo carnalis est.

Amor autem non sentitur in cor-
de sed intellegitur. quia amor
animae iudicium est.

Puta didicisti unum d̄m ex quo

omnia. & unum d̄m per quem
omnia. Si iterum intellec-
tus tuus alicuius doctrine se-
ductione per cassus. coeperit
dubitare de substantia d̄i. in
tota anima non diligit d̄m.

Item qui putat incantationes
aliquid posse. aut auguria ali-
quid intellegere. aut diuina-
tiones aliquid nuntiare. ille
non in tota anima diligit d̄m.

Qui autem diligit d̄m. qui omne
bonum credit apud d̄m. &
omne bonum credit esse d̄m.

Extra d̄m non credit esse bonū.
qui omnem uirtutem & sapi-
entiam. credit esse d̄m.

Extra d̄m neq; sapientiam ali-
quam esse credit. neq; uir-
tutem. Qui credit d̄m omnia
facere. & sine dō nihil fieri
posse. ille tota mente diligit
d̄m. Quid est in tota men-
te diligere d̄m. id est ut om-
nes sensus tui qui per tinent
ad mentem. dō uacent.

Cuius intellectus dō ministrat.
cuius sapientia circa d̄m est.
cuius cogitatio ea quae d̄i sunt
tractat. cuius memoria quae
bona sunt recordatur. tota
mente diligit d̄m. Sicut
ait apostolus. Psallam
spū. psallam & mente.

Cuius autem aut intellectus
quaesunt di non intellegit: aut
non secundum dñm sapit: aut sci
entia illius uana est. & saecula
ris: aut recordatio eius non est
bona: aut cogitatio displicens dō.
ille non tota mente diligit dñm.

Hoc est primum & maximum
mandatum. 7 Secundum si
militate huic. diliges proximum
tuum sicut te ipsum.

Videtur xps non ad interrogata
respondere. Ille enim interro
gauit. quod est magnum man
datum: puta dixit. diliges dñm.

Si uoluit & alterum mandatum
introducere. debuit minimū
dicere non secundum. 7 Secun
dum autem. ad primum respi
cit. 7 Sed uide quid uoluit
ostendere. diliges dñm. & pri
mum & maximum est. 7 Diliges
autem proximum. magnum
quidem est. primum autem
non est. & ideo dixit simile est.

Considera ergo misterium. qui
est proximus noster xps. qui
suscipiens carnem nostram.
factus est proximus nobis.

Sicut in parabola illa xps osten
dit cum dixisset pharisaeus.
& quis est meus proximus. in
troducitur hominem a latroni
bus uulneratum. & a sacerdote

despectum. a samaritano autē
receptum. qui est ipse xps.

Ergo primum mandatum est.
& magnum dñm patrem diligere.

Secundum & simile. filium di
diligere. id est cognoscere.

Ut autem simpliciter intellega
mus proximum nostrum. om
nem hominem esse fidelem: qui
hominem amat fidelem. simile
est sicut quid dñm amat. quia
imago di est homo. 7 Sicut
rex in imagine sua honoratur
uel contemnitur. sic & di in ho
mine. uel diligitur uel oditur.

Non potest hominem odire. qui
dñm amat: nec potest dñm amare.
qui hominem odit. 7 Sicut ait
iohannes apostolus. 7 Quid dicit
dñm se diligere. & non diligit
fratrem suum. mentitur.

Si enim fratrem quem uides
non diligit. dñm quem non uides
quomodo potes diligere.

Quis honorat regem & contem
nit imaginem eius. Aut quis
honorat imaginem & auctore
contemnit imaginis. Aut ita.

Quo pharisei sciebant quidem
quod esset magnum mandatu
in lege. sed temptantes inter
rogabant. uolens eis ostendere
quia non sufficiebat eis solius
di patris agnitio ad salutem.

nonsolum dixit. diliges dñm
dñm tuum intoto corde tuo. &
intota anima tua: sed addidit.
diliges proximum tuum sicut
te ipsum. qui erat ipse. Alio
quin. si ad solam interrogatio
nem eorum respondisset. suf
ficeret dicere. diliges dñm dñm
tuum. & non adderet proximu
tuum sicut te ipsum.

Secundum quod alibi dicit.
Haec est uita aeterna. ut cognos
cant te solum uerum dñm. &
quem misisti ihm xpm. Et
uide quia non dixit. cognosces
dñm dñm tuu. sed diliges.

Quo cognoscere unum dñm. paene
proprium est humanae naturae.
diligere autem eum religiosi
cordis & recti. Et quicumq;
dilexerit dñm ex corde. non est
possibile. ut non perueniat ad
filii eius agnitionem. id est
proximi. Ipsa enim dilectio
dñi quae in eo habetur. inlumi
nans eum. prestat ei ducatum
ut post patrem cognoscat &
filium. In his duobus mandatis.
uniuersa lex pendit & propheta.

Qui proximum suum diligit. nec
occidit. nec mentitur illi quem
diligit. nec falsum testimoniũ
dicit de eo quem diligit. nec con
cupiscit rem illius quem diligit.

nec mulieremeius inuadit.
Sicut odium omne malum sug
gerit. sic dilectio omne bonum.
Vnde ait apostolus. Et fidem
quae per caritatem operatur.

Aut ita. Quo de patre & filio
omnis prophetarum & legis
pre dictio existebat. per quos
prophetas agnoscent quis proxi
mum suum. hoc est filium dñi.
ad primum & magnum manda
tum perueniebat. ut diligeret
dñm dñm. melius cognoscent
eum per ipsum.

Lxxi **DOM III. P. SCIANCELI.**
SIRMO BEATI IOHAN



**NIS IPI DIMI
SERICORDIA
RIA SUNT**

quae in misericor
diae opere optanda
sunt xpiano. ut possit
facere. ut uelit. ut com
pleat. Ut possit id est
ut substantia faciendi non desit.

Ut uelit. hoc est uoluntas ad sit
qua faciat. quia substantia
non desit quae fiat. Tertia est
ut compleat. id est ut quae
possit & uelit. sine dilatione
perficiat. His enim tribus.
opus tantum tanque preda
rum impleatur. Nam sunt
qui possunt facere. sed nolunt.